

1, 2, 3, 4, 5, 6. Item 2, 4, 6, 8, 10, 12, 14. Sic 3, 6, 9, 12, 15, 18, 21.

Quomodo addenda eiusmodi
Arithmetica pro-
gressio?

Numerandi principio sunt loci progressionis, numerus locorum est assignandus, hinc progressionis numerus primus addendus est ultimo, productum similiter assignandum. Hoc facto alter numerorum qui par fuerit, erit mediandus, medietas per alterum adscriptum numerum est multiplicanda, & productum indicat progressionis summam.

Exempli gratia, 3, 6, 9, 12, 15, 18, 21, 24, 27, 30. Horum numerorum summam scire cupiens, numera primo locos seu ordines numerorum huius progressionis, & inuenies esse 10. Hinc numerum primum, videlicet 3, adde ultimo, videlicet 30, & sunt 33. Hoc facto alterum numerum, qui par fuerit videlicet 10, media, eius medietas est 5, per qua multiplico 33, proueniunt 165, qua est proposita progressionis summa.

Consimili modo in alijs Arithmeticis progressionibus agendum.

DE PROGRESSIONE

Geometrica.

Quid est Geometrica pro-
gressio?

Cum